

*ebum: Elia & Prophetis συγχρόνοις Obadiam 1. Reg. 18. LUTHERO
Electores Saxoniae, FRIDERICUM Sapientem, JOHANNEM
Prum, JOHANNEM - FRIDERICUM Constantem.*

Ἀξιωμακόντα.

1. *τὰ λεξικά.*

(1) Pœnitentia DEO tribuitur κατ' ἀνθρώποπαθῆαν. (2) Men-
tio Urbis Silo. (3) Historia de Micha & Uria Prophetis. (4) Men-
tio Abikami.

2. *τὰ γνωμικά.*

Memoriam meretur vs. 13.

3. *τὰ δημηγορικά.*

Tres conciones haberi possunt ex hoc capite & singulae qui-
dem ex singulis ejus partibus.

vs. 13. pertinet ad Dom. 3. Trin.

Historia de persecutione Jeremiae & Martyrio Uriae Prophetæ re-
ferantur ad Dom. Exaudi.

CAPUT XXVII.

Continuatio.

Sicut in præcedenti: Ita in hoc etiam capite Prophetæ propo-
nitur Mandatum à Domino, & quidem eodem, quo illud,
anno.

Argumentum Capitis.

Tractatur in hoc capite de jugo, cui tùm regnum Judæ; tùm
alia quoque regna exterorum populorum submittenda.

Partitio Capitis.

Duæ constitui possunt partes capitis. In (1) mandatum Do-
mini de jugo promulgatur usque ad vs. 12. In (2) illud à Prophe-
ta executioni mandatur, inde usque ad finem capitis. Totum cap-
est *ωροφηκόν.*

Ufus.

Exemplo Jeremiae ministris Ecclesiæ commendatur fidelitas
in Officio ex mandato DEI studiosissimè præstanda.

T 2

Expla